



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 26. Quidam libellus contra Jesuitas a Parisiensi Senatu rogo addictus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. postea die vigesima nona Augusti anno
A. C. 1670. nonagesimo confixit.

§. XXVI.

Quidam libellus contra Jesuitas a Parisiensi Senatu rogo additus.

*Argentre
Coll. Ind.
t. 3. p. 138.
337.*

Prodiit anno priori Auctore Arnaldo primus tomus cujusdam libelli, cujus titulus est, *Practica morum doctrinae Jesuitarum ex eorum libris fideliter extracta a quodam Doctore Sorbonico*: Hoc scripto graviter se offensos reputabant Jesuitæ, quocirca Parisiensem Archiepiscopum, ut læsum honorem indigni hujus fætus proscriptione repararent supplices adibant. Hic ergo rem ad Parisiensem Theologicam Facultatem detulit, jussitque, ut ea quosdam nominaret Doctores, qui hunc librum sedulo examinarent: Referebant ipse hoc scriptum mendaciis, & convitiis tum etiam falsis, scandalosis, hæreticisque propositionibus esse refertum. Eapropter non modo Archiepiscopus illud proscripsit, sed etiam die decima tertia Maij Parisiensis Senatus hunc libellum rogo addixit, nec tamen in flammæ Arnaldi calamum attigens, quo minus septem alios tomos ejusdem argumenti conscriberet in Gallis & Hollandia typis editos.

§. XXVII